



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 1. Ius ad honorem magni, honorem ipsum parui faciendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

CAPVT XXII.

Sapientissimos quosque tam Ethnicorum, quàm Christianorum, sponte honorem fugisse, aut reliquisse.

§. I.

Ius ad honorem magni, honorem ipsum parui faciendum.



Sque adeò iustas Deus inuenit, causas, ob quas hominibus honores neget, auferat, in ignomiam conuertat, siue ita mereantur, siue digni sint laude; vt ipsi etiam homines, si sapiant, ista mundi vana magis, quàm splendida ornamenta suspecta habeant, contemnant, fugiant. *Tolle iactantiam*, ait S. Augustinus, *& omnes homines, quid sunt nisi homines? Quòd si peruersitas seculi admitteret, vt honoratior essent quiq; meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus.* Huius tamen fumi, hoc est, honoris, famæ, laudis, gloriæ, tamquam boni cuiusdam externi, dominium est quoddam, non quasi homo sit dominus notitiæ, quam alius de illo format; sed quòd quantum quidem ad famam attinet, sit dominus illius dignitatis moralis, qua idoneus

S. Augu-
stin. lib.
5. de ciuit.
c. 17.

S. Thom.
2. 2. q. 64.
2. 5. ad 3.
& q. 73. 2.
4. ad 1.
Molin.
tract. 4.
de iust. d.
2. Less 1. 2.

neus est in aliorū mentibus bonam sui æstimationem, aut saltem non malam fundare, & immunitatem habere, ne alius possit malam de ipso opinionem formare. Quod autem ad honorem attinet, homo est dominus iuris ad immunitatē, ne inhonoretur. Hoc ius ad famam & honorem etsi maximi sit faciendum, tamen honor ipse tamquam fumus à plurimis non est maximi factus, sed spretus, & contemptus. Quod cum etiam in Ethnicis possit ostendi, tamen maximè eluxit in Christianis.

§. II.

Ethnicorum in honoribus deponendis, vel etiam contemnendis generositas.

In Ethnicis ista occurrunt. *Periander Corinthius, initio populariter ac moderatè gerebat imperium, postea versis moribus tyrannicè agere cepit. Id simul atque cognitum esset Pittaco Mytilenæo, diffusus de sui ipsius animi constantia, magistratum deposuit, relictoq; imperio in exilium abiit. Percontantibus deinde quibusdam, quâ gratiâ fugisset imperium, respondit, quòd admodum esset arduum, probum esse, propter mutatum Periandrum: quibus auditis, Solon addidit suum apophtegma, χαλεπὰ τὰ καλὰ.*

Lysides Megalopolitanus (vel Lysides) sua ipsius patria Plutarch. in Arato,

de virt. cap. 5. n. 59. Ille-
fontus
Messia
l. 2. de ve-
ra & falsa
glor. c. 16.

Chil. 2.
cent. 1.
Erasm. in
prouerb.
ex Laer-
tio lib. 7.